HAIMO DE BASOCHIIS
12. Jh. Seite 9v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26561
Copyright: Admont, Benediktinerstift



mentorum subtractionem restituat. et qui susceperint in dampno ecclesie pari sententia feriantur. Ex concilio Aurelio. Quod res ecclesiarum ab antecessoribus alienate intra xxx. dies suffragante iusticia debeant suffragari reuocari. et hic qui rem ecclesie tenet si admonitus iudicium dedignauerit. quousque ad discussionem ueniat excommunicetur ut rem restituat. Ex concilio Agatensi. Quod nullus clericorum rem ecclesie possessam diuturnitate temporis. Ex concilio Eponensi. Quod clericus aliquid de munificentia ecclesie cui seruiuit adeptus. si ad summum sacerdotium alterius ciuitatis fuerit ordinatus. reddat quod dona accepit usu. uel proprietate. secundum instrumenti serie emisse probatur possideat. Ex concilio Aurelio. Quod nil in ecclesia legatur. uel cantetur nisi quod auctoritatis diuine sit. et quod patrum ortodoxorum sanxit auctoritas. Ex concilio Laodicensi. Quod non oporteat plebeos psalmos in ecclesia cantari. non libros preter canonem legi. sed uolumina sola ueteris et noui testamenti.

Genesis	lib. unus.	Ester.	L.	Abacuc	L.	Ad galathas	L.
Exodus	lib. unus.	Iudith.	L.	Sophonie	L.	Ad ephesios	L.
Leuiticus	L. i.	Machabeorum	L.	Aggei	L.	Ad philippenses	L.
Numerus	L. i.	Esaye	L.	Zacharie	L.	Ad thessalonicenses	L.
Iesunaue.	L.	Iheremie	L.	Malachie	L.	Ad thimotheum	L.
Deuteronomius	L.	Concinoth	L.	Euangeliorum. iiii	L.	Ad titum	L.
Iudicum.	L.	Lamentorum	L.	Secundum Mathem.	L.	Ad philonem	L.
Regum.	L.	Ezechiel	L.	S. Marcum	L.	Ad hebreos	L.
Ruth.	L.	Daniel	L.	S. Lucam	L.	Apocalipsis	L.
Ezalipomenon	L.	Osee	L.	S. Iohem	L.	Canonice epistole	L.
Psalmorum	L.	Amos	L.	Actus apostolorum	L.	Iacobi	L.
Salomonis	L.	Michee	L.	Epistole pauli	L.	Petri	L.
Iob	L.	Abdie	L.	Numero. xiiii.	L.	Iohis	L.
Tobie	L.	Ione	L.	Ad romanos	L.	Iude zelotis	L.
Esdre	L.	Naum	L.	Ad corinthios.	L.		

In septuagesima ponunt pentatheucum usque in quindecim dies ante pascha. Quindecima die ante pascha ponunt iheremiam usque in cenam domini. In cena domini legunt tres lectiones de lamentacione hiere-